



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

Fumo, Bartolomeo

Antverpiae, 1570

Excvsatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30427

quæ quæ tales errores in suis sermonibus, verbis, seu prædicationibus disseminantibus, per centuram ecclesiasticam appellatione postposita super huiusmodi, ac qualibet alia hæresi silentium imponatis, & postquæ per vos, vel vicarios vestros, aut vestrum, vel eorundem vicariorum aliquos, siue aliquem præfidentes monasteriorum, cõuentuum, & aliorum locorum, vbi hæresis huiusmodi, vel errores disseminati forent, aut inibi propinquorum præmoniti fuerint, nisi tales infra mensem à die admonitionis computandum, debita prouisione remedia cum effectu adhibuerint, ac digna penitentia castigauerint, de quibus admonenti fidem facere teneantur. Aliter contra prædictos vsque ad sententiam diffinitiuam valent procedere. Hæc est materia excommunicationum. Credo tamen multas alias esse excommunicationes particulares in privilegijs studiorum, religiosorum, collegiorum, ciuitatum, & aliorum locorum, quas omnes inuenire esset impossibile. Prædens ergo confessor, quædo de nouo venit in vnam dioccesim, infortmet se an ibi sint aliquæ excommunicationes, siue Papales, siue synodales, quæ sint in vsu, & sic obseruet. Et quia multiplices sunt, & variæ difficultate est singulas memoriæ mandare, ideo prudens confessor cum circa eas dubitat, videat bene canones, & illos diligenter examinet, & si per seipsum intelligere nequeat, peritos quærat, ne penitentiam absoluedo à quibus non potest, in præceptis mittat: quem si censura ligatum inuenierit, si potest, ab ea prius absoluat, si non potest ad superiore cõfessum mittat: quia sic ligatus à peccatis nequit absolui.

EXCVSATIO.

EXCVSATIO peccati est maximum vitium: secundum Thom. secunda secunda. q. 13. a. 3. ad 3. quia est circumstantia quædam aggravans omne peccatum, etiã blasphemiam Dei, quæ est maximum peccatum. Diciturque maximum: quia quodlibet maius facit.

2 NVLLVS sequens hæresim excusatur: quia in dubijs, & periculosis nemo debet esse facilis ad credendum, & præcipue perunax: secundum Thom. in quoli. tertio quæstion. 4. artic. 2. quæ pertinacia maxime hæreticum constituit cum errore intellectus.

3 OBLIVIO beneficij ex negligentia, vel impotentia recompensandi beneficium, non excusant à peccato ingratitude, secundum Tho. secunda secunda. q. 107. ar. 1. ad 1.

4 QUI nihil audiuit de fide, excusatur a peccato infidelitatis, non autem ab alijs peccatis. Invidens autem bonum per se, excusatur à malo, quod sequitur præter intentionem, & raro, non autem quando semper, vel vt in pluribus, & sic Noë excusatur ab ebrietate, & c. Thom. 4. sentent. di. 13. in expositione intera. & in capitu. inebriauerunt 19. q. 2. Excusatur etiam coactio absoluta, capiti. non est. 15. p. 1. Necessitas etiam in capitu. discipulos de consecrat. dist. 5. Pietas quoque. ca. conquestus. de feri. & obedientia. ca. dixit dominus. 14. quæst. 5. Non excusatur quis ab obedientia, allegans alios meliores se ad hoc esse. 23. q. 1. c. final.

5 TIMOR qui est secundum rationem excusatur totaliter à peccato, nõ autem inordinatus, sed diminet in quæ tum est inuoluntarius. Thomas secunda secunda. q. 12. ar. vltim. Thamar, & Tudas fornicans cum ea, à peccato non excusantur, secundum Tho. secunda secunda. quæstio. 154. arg. 2. ad 3.

EXECVTOR.

EXECVTOR est proprie, qui ad effectum rem indicatam deducit: secundum gloss. in capit. super quæstionum. de offic. deleg. vel qui factum ab alio gestum exequitur: secundum Panormi in ca. nouit. de appel. col. 1. Executor etiam larga acceptione dicitur delegatus, secundum gloss. in ca. si super de offic. de leg. in 6.

2 EXECVTORIS testamentorum possunt esse laici, clerici, & religiosi,

1 2 non